

fuerit^a qui extinguat¹. Consultius quidem^b est non^c levare gentem huius^d rubiginis gladium quam contra imperium Domini exercere brachium ad conflictum. Sciat igitur^e omnis terra, quia necesse est, ut tuus hic posterus in ardoris et iudicii spiritu et clericorum sanguinem expiet et religiosorum saniem^f tempore visitationis expurget².

[Adversus domum David^g et terram Iudeorum].
[Contra cardinales et presides^h].

Sibilabitⁱ dominus musce³ et cet.^k Quantum¹ ad litteram verbum propheticum per Vespasianum^m et sociumⁿ tangit exterminium Iudeorum, secundum concordiam per tuum posterum additis^o barbaris vastationem prenotat ydolorum. Quiescat proinde omnis ab homine, cuius spiritus, immo furor, versatur in naribus, quia celsior terre regibus viribus et opibus necesse est reputetur⁴. Denique si cardinales et presules, qui vesperilionum talparumque⁵ typo^p tam per arrogantiam quam per avaritiam ceci sunt, ingrederentur^q saltem terre voragines^r et speluncas⁶, et iram Domini commodius fugerent et ictum^s Babilonici mallei non sentirent. Set quia Dominum modi-

a) 'erit utique' R. b) 'ergo' R ('est ergo' R²). c) 'non' fehlt V. d) 'h'i' R¹. e) 'ergo' R. f) 'scoriam' R. g) Bis hier die Ueberschrift in R (aber 'auersus' R²), 'et terr. Iud.' nur in R¹. h) Diese Ueberschrift nur in R². i) 'Scibilabit' V. k) Statt 'et cet.' setzt R aus der Vulg. zu: 'que est in extremo fluminum Egypti, et api, que est in terra Assur'. l) 'Q. ad litt.' fehlt R. m) 'vaspasianum' R¹; 'vespesianum' R². n) 'tytum' R¹; 'titum' R²; 'literale' setzt hier zu R. o) 'adhibitis' R. p) 'typum' V. q) 'ingredirentur' V. r) 'voraginem' R. s) 'ictu' R².

1) Is. 1, 31: 'Et erit fortitudo vestra ut favilla stuppae, et opus vestrum quasi scintilla, et succidetur utrumque simul, et non erit qui extinguat'. Am Rande R¹: 'Ys. I'. 2) Is. 4, 4: 'Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion et sanguinem Ierusalem laverit de medio eius in spiritu iudicii et spiritu ardoris'. Bei Jerem. steht mehrfach 'in tempore visitationis'. 3) Is. 7, 18. Am Rande R¹: 'Ys. VII'. 4) Is. 2, 22: 'Quiescite ergo ab homine, cuius spiritus in naribus eius est, quia excelsus reputatus est ipse'. Am Rande R¹: 'Ys. III'. Cf. Interpret. in Jeremiam c. 20, p. 288. 5) Is. 2, 20: 'In die illa proiciet homo idola . . . et simulacra auri sui, quae fecerat sibi, ut adoraret talpas et vesperiliones'. 6) Is. 2, 19: 'et introibunt in speluncas petrarum et in voragines terrae a facie formidinis Domini'. Am Rande R¹: 'Ys. II'.